

privilegia refert Regia schedula data Tolet. 26. Julii ann. 1529. quæ habetur in 2. tom. impress. pag. 11. & Anton. Herrera decad. 4. lib. 6. cap. 5. ad eandem expeditionem prosequendam reversus est; prius urbem Truxillo in Extremadura, in qua ortus erat, inuisens, & quatuor, quos habebat, fratres secum adducens; nempe Ferdinandum, Gundisalvum, & Joannem cognomento Pizarros, & Franciscum Martinum de Alcantara.

Initio igitur anni 1530. ex Hispania solvens, & in Panamam feliciter delatus, compositis quibusdam querelis, quæ inter eum, & Didacum de Almagro exortæ fuerant, & eandem, quam cœperat oram ulterius, & penitus inquirens, tandem latissimo & ditissimo hoc Peruano Regno, & aliis provinciis ei adjacentibus sub auspiciis Caroli V. potitus est; † Bello capto ejus Tyranno Atahualpa, sive, ut alii vocant Atabaliba, qui tunc adversus fratrem natu majorem & Regni verum hæredem, Guascarum nomine, exercitum moverat, illamque à suis ducibus captum interficere jusserat. Fuit † verò adeo ingens victi Atahualpæ præda, ut vel testante Petr. Opincero in opere Chronograph. pag. 473. auri tricenis centum sexaginta mille solidos superaverit, & argenti puri centum & quinquaginta mille marcs, pluraque indies Tyrannus in pretium libertatis, ut pactus erat, inferret, nisi à Pizarro & sociis ob suspicionem tentatæ adversus Hispanos conspirationis, capite damnatus fuisset, non parvæ Caroli Imper. jacturâ, ut tradunt Sur. Comment. sub anno Domini 1558. Simon Majol. 1. tom. dier. Canicul. col. loq. 19. pag. 447. & Anton. Herr. dicit. histor. gener. Ind. decad. 5. lib. 3. per totum, ubi cap. 3. sigillatim commemorat eos omnes, qui in hac expeditione contra Atahualpam militarunt, & prædam cum eo habitam, partii sunt.

De quibus omnibus, † & de aliis, quæ ad historiam hujus Novi Orbis spectant, & ad cognoscendos antiquos, & præsentis incolarum mores, & religionem, & quantum in ejus inquisitione, & veræ fidei propagatione à nostris laboratum fuerit, qui pleniores commentarios desideraverit, legat librum, qui inscribitur, Relations Novi Orbis, ubi ipsius Columbi, Americi, & Alberici Vesputii navigationes inveniet; & Joan. Bapt. Remusium de eisdem, & aliis agentem, & eruditæ octo decades Petr. Martyris de Angleria Mediolanensis, & ea, quæ Ferdinandus Columbus de vita genitoris sui, & Alphonsus Oxeda, Ferdinandus Cortesius, & Nunius Guzmanius de suis factis scripserunt; necnon libros Joan. Metelli, Maximiliani Transylv. Hieronymi Benzonis, & aliorum, qui † continentur in undecim voluminibus, sive partibus, diversis titulis, & editionibus distincte de historia Americæ, qui tamen cautè legendi sunt: nam Hæretici, qui illos scripserunt, congesterunt, & evulgarunt. nihil magis jurasse videntur, quam ut veræ fidei, & Hispanorum gloriæ, & præclaris facinoribus tenebras offenderent, sub prætextu aliquarum crudelitatum, quas in Indos commissis recensent; & ita merito in tertia classe librorum prohibitorum Catalogi anni 1612. illustriss. & Reverendiss. Cardinalis Sandovalis numerantur, & expurgari jubentur ex pag. 49. ad 52.

Et † præcipuè legat Gundiss. Fernandez de 49 Oviedo, Petr. Ziezam Legionensem, & Franc. Lopez de Gomara, qui de eisdem historiis Hispano sermone plenissimos commentarios ediderunt jam tamen variis linguis traductos: Et Ovidius quidem ita luculent, & eruditè, ut hunc solum inter historicos nostræ ætatis antiquis adnumerari dignum, censeat Cardan. de subtili. in lib. de metallis, & Theatr. vitæ humanæ vol. 6. lib. 21. pag. 1587. Fumus quoque Gallicæ linguæ Indiarum Occidentalium historiam edidit, & Augustinus de Zarate, Christophorus Stella Calvere, & Lævius Apollonius de rebus Peruensibus. Extatque liber ex his, & aliis consarcinatus, qui inscribitur, Chronica Peruensis tripartita, editus Venetiis anno 1560. Didac. Fernand. Palentinus de bellis civilibus, & seditionibus ejusdem provincie egit & Joseph. Acostæ Societate Jesu, tum Latinis, tum Hispanis commentariis naturalem, & moralem harum Indiarum historiam eleganter prosecutus est.

Extat etiam Latinum Poëma Joan. Bapt. Stella, quod vocavit Columbidem, sive de Christophori Columbi gestis, & navigationibus. Et aliud ejusdem nominis, & argumenti auctore Julio Cesare, duobus libris partitum, in quorum secundo aliquid non positum esse prætare, ut ait Anton. Possevinus in Biblioth. 2. tom. lib. 17. c. 29. pagin. 457. qui alios auctores de eodem Novo Orbe agentes commemorat in eod. tom. lib. 6. c. 14. pag. 389. & in apparatu pag. 25. & 53. Plures etiam alios citavit Anton. de Herrera in initio suæ historiae generalis Indiarum Occidentalium, qui cæteris plenius, & fidelius quatuor in hæc usque diem volumina edidit in octoginta annorum decadæ, & 20. libris distributa.

Nuper item de rebus Peruensibus, & Incarum origine, & Imperio commentaria quædam Hispano sermone vulgavit Garcilassus Inca, qui se ab eisdem Regibus per matrem lineam prognatum esse commemorat. De quibus antea tres libros non contentendos scripserat Michaël Balboa Cabello Peruensis Presbyter, sub nomine Miscellaneæ Australis; qui apud me manuscripti servantur. Et de eorumdem Occidentalium Indorum origine in communi integram tractatum edidit Fr. Gregor. Garcia Dominicanus. Novissimè quoque de historiis, & rebus hujus Novi Orbis, & præcipuè de his, quæ ad Novam Hispaniam pertinent, viginti duos libros tribus voluminibus contentos, prælo & luci mandavit Fr. Joan. de Torquemada Franciscanus, quibus Monarchiæ Indianæ titulum fecit. Et aliud ingens volumen Fr. Petr. Remesal de historia provinciæ Guathemalensis.

Atque hi quidem ex professo Americani Imperii historias contextuissè videntur. Cæterum ex aliis, qui alias diversorum temporum, vel nationum scripserunt, nullus ferè est, qui licet obiter, aliqua ad idem argumentum spectantia non referat, ut constat ex Paulo Jovio in elogiis illustr. virorum lib. 6. & lib. 18. & 24. histor. Petr. Bemb. lib. 6. histor. Venet. Mambrius. Roseo de Fabriciano 3. part. lib. 1. Tarcafiot. lib. 21. fol. 17. Natal. Comite in histor. sui temp. lib. 1. fol. 8. & lib. 21. fol. 445. Guiciardin. 17. Theatr. vitæ humanæ, vol. 20. lib. 2. pag. 3653. Bapt. Fulgos. lib. 8.

memorab. cap. 11. in fin. Alphons. Alvar. in specul. Rom. Pontif. cap. 31. Alan. Cop. Dialog. 6. c. 9. Anastas. German. de sacror. immunitat. lib. 3. cap. 13. num. 30. & 31. Joan. Laurent. Anania in fabr. mundi, tract. 4. Lucio Marinao Stenl. in histor. Hispan. lib. 19. cap. 16. Joan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 9. Joan. Nicolao Dollono in Compend. histor. lib. 4. Gauden. Merula in Sylva var. lect. lib. 5. per tot. Petr. Mexia in sua Sylva, 4. part. cap. 1. Fr. Hieron. Romano in libris de rebus publ. mundi, 3. part. lib. 1. de Republ. Indiar. Occident. pag. 125. Stephan. Garibai lib. 19. & 28. cap. 1. & Zurit. in suis annal. Hispan. ex anno 1492. Mass. in histor. Indiar. Orient. lib. 1. pag. 17. & 18. & lib. 8. pag. 172. Genebrard. lib. 4. Chronogr. ex pag. 1493. Laurent. Sur. in suis Commentar. passim ex anno 1500. Petr. Opmeer. in opere Chronogr. pag. 437. 455. & 463. Hieron. Giglio de moribus gentium, lib. 4. & Fr. Tamara in eodem tractat. lib. 3. Illesc. in histor. Pontif. lib. 6. cap. 22. §. 2. ex pag. 279. usque ad 284. & cap. 24. §. 8. & cap. 26. §. 14. Joan. Botero in relation. 1. part. vol. 2. & 3. ubi sex integros libros in hoc consumit, & 2. part. ex pag. 217. Joan. Mariana de rebus Hispan. lib. 26. cap. 2. Petr. Damaris de var. histor. Dialog. 4. pag. 211. Petr. Gordovio in Chronogr. anno 1492. pag. 441. & 450. Maluend. de Antiebrist. lib. 3. cap. 15. ex pag. 143. Thom. Bozio de stat. Ital. lib. 4. cap. 1. Didac. Valdes. de dignitat. Reg. Hispan. cap. 12. & cap. 19. num. 52. cum seqq. Camill. Borrel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 46. ex num. 217. & cap. 42. ex num. 28. Gregor. Lopez Madera in Monarch. Hispan. cap. 6. fol. 44. Rutil. Benz. de anno Jubil. lib. 1. cap. 10. & Mosquera de Burnevo in Numanina, cap. 10. qui omnes multa de prædictorum, & aliorum Ducum laudibus memorant, & progressum extollunt quem Fides Catholica nostrorum Regum & gentium curâ in his regionibus accepit. Quod argumentum latè etiam, & optimè prosequitur Boter. in dicit. relation. 4. part. lib. 1. 2. & 3. Fr. August. Dávila in histor. Mexicana Ordin. Prædicat. elegantè admodum stylo conscripta: Fr. Alphons. Ferdin. Dominican. in histor. Eccles. nostri temporis, lib. 1. per totum: Fr. Thom. à Jesu de proc. omn. gent. salute, lib. 2. part. 1. cap. 5. pag. 52. & passim Thom. Boz. Eugubin. in libris de signis Eccles. Dei, præsertim lib. 4. cap. 3. pag. 131. & seq. lib. 6. cap. 6. & pag. 236. cap. 4. pag. 240. & lib. 20. cap. 6. pag. 333.

CAPUT VI.

De situ, & descriptione Novi Orbis, & de linea Meridionali, qua Alexander VI. Romanus Pontifex Castellanorum, & Lusitanorum navigationes divisit.

SUMMARIUM.

- 1. Mundus puncti rationem obtinet.
2. Plinii, & Boetii gravis reprehensio aduersus eos, qui pro hujus exigua mundi occupatione laborant.
3. Mundus quodammodo videtur auctus, post Novi Orbis detectionem, licet multa detegenda supersint.
4. Orbis Novi situs, divisio & descriptio generaliter proponitur, & plures auctores, qui de ea agunt, recensentur.

- 5. Orbis Novus videtur exprimere cordis figuram secundam Acostam.
6. Orbis Novus dividitur communiter in duas peninsulas, tenui isthmo distinctas, & qualiter ille appellentur.
7. Orbis Novi peninsula Septentrionalis, & Meridionalis longitudo & latitudo, quæ secundam varios auctores, quorum dicta referuntur.
8. Navigationes longissimæ aliquorum ad Polum Antarcticum.
9. Insule Oceani Atlantici ab Hispanis detectæ innumereabiles sunt, & aliquæ amplissimæ, & opulentissimæ.
10. Insule Sancti Dominici, sive Hispaniolæ descriptio, & nominis error.
11. Jamaica insula descriptio.
12. Cubæ insula descriptio.
13. Insule dictæ, Jardín de la Reyna, & los Lucayos, describuntur.
14. Insula sancti Joannis de Puerto Rico, sive Borriquena, describitur.
15. Canbalorum insula, quæ, & cur ita dicta.
16. Insula de la Trinidad describitur.
17. Cubagua & Margarita insule describuntur.
18. Cancellaria, & Metropolis insule sancti Dominici quid comprehendat.
19. Americæ Septentrionalis provincia. Estotilandia, Terra laboratoris & Norumberga.
20. Terra de Bacallaos quæ & cur ita dicta, & quo detecta.
21. Nova Francia.
22. Virginia provinciæ ab Anglis occupatur, & ejus descriptio.
23. Florida provinciæ, & ejus descriptio, & historia.
24. Jucatanicæ provinciæ descriptio.
25. Nicaragua provinciæ descriptio.
26. Honduras & Costa Rica provinciæ.
27. Guathemalensis provinciæ descriptio, & Cancellaria.
28. Chiapa provinciæ, & ejus descriptio.
29. Novæ Hispaniæ provinciæ descriptio, & cur ita dicta.
30. Nomina suarum urbium, & provinciarum solent duces ad extraneas à se detectas transferre.
31. Novæ Galliciæ, Mechoacan, Guaxacæ & Tlascalæ provinciæ describuntur, & Cancellariam habent.
32. Mexicana urbis, & regionis descriptio, laudes, & Cancellaria, ac Metropolis.
33. Mexicum urbs dicta fuit antea Tenuchtitlan, & utriusque nominis etymologia.
34. Americæ Septentrionalis regiones innumere.
35. Panamensis provinciæ, sive Terræ firma descriptio, & cur dicta Castilla del Oro.
36. Aurum vetibus expiscari in Panamensi provinciæ publicavit Bacchalaris Enciso.
37. Panama & Portus Belli urbes sunt veluti emporia commercii Americæ Septentrionalis, & habent Cancellariam.
38. Dominus D. Franciscus Valverde de Mercado Præses, & Governator Panamensis laudatur.
39. Calumnias excitat virsus, & à viris probis contemnendæ sunt.
40. Novi Regni Granatensis descriptio, & Cancellaria ac Metropolis.
41. Beatus Aloisius Beltranus prædicavit, & multa miracula fecit in Novo Regno Granatæ.
42. Peruani Regni descriptio, & longitudo.
43. Quitensis urbs, & provinciæ descriptio.
44. Urbes Piura, & Païta, quales.
45. Truxilli urbis Peruanae descriptio, & ingens terræ motus.
46. Limensis urbs, quæ alias Regum civitas dicitur, descriptio & laudes, & utriusque nominis causa.
47. Prorex Peruanus per plus mille leuças suam gubernationem extendit.
48. Auctor dolet quod per quatuordecim annos in Limensi Senatu tam longè à patria, & Curia Regia interire jussus fuerit, & quare hoc opus scribere cœperit.
49. Cancellariæ Limensis districtus.
50. Urbes Chachapoyas, Moyobamba, Leon de Guanuco, & Guamanga describuntur.

- 51 Huancabelica oppidum argenti civi fodinis nobile.
- 52 Arequipa urbis Peruana descriptio.
- 53 Cuzco urbs Peruana Incarum olim Regia describitur, & laudatur.
- 54 Arica urbs, & ejus portus pertinet ad Limensem Cancellariam, non ad Argenteam, ut tradit Hoeyera.
- 55 Argentea urbs, sive de los Charcas, & la Plata, & ejus Cancellaria districtus describitur.
- 56 Potosi mons argenti fodinis celeberrimus, & oppidum ingens juxta illum.
- 57 Chuquiabo urbs, alio nomine la Paz, describitur.
- 58 Provincia de Santa Cruz de la Sierra, Tucuman & Paraguai describuntur.
- 59 Brasiliae regionis descriptio, detectio, & historia.
- 60 Chilensis Regni descriptio, & Cancellaria, & incolarum robur, & superbia.
- 61 Magallanica terra vastissima, & nec dum satis detecta.
- 62 India, quae dicuntur, del Poniente, quales.
- 63 Malutarum, sive Molucarum insularum descriptio, & qualiter ad Castellae terminos pertineant.
- 64 Philippinarum insularum descriptio, & Cancellaria.
- 65 Dominus D. Anton. a Motya Quitensis Cancellariae Praeter laudatur.
- 66 Insula Salomonis, quae, & quando detecta.
- 67 Petrus Fernand. de Quiros scripsit latissima commentaria de suis navigationibus in insulas Salomonis, & alios peregrinationibus, quae auctori communitatis ejus filius D. Franciscus de Quiros insignis Mathematicus, & Cosmographus.
- 68 Lites & controversiae inter Reges Castellae, & Lusitaniae super terminis Indiarum, unde orta, & qualiter composita.
- 69 Alexander VI. Romanus Pontifex composuit lites Regum Castellae, & Lusitaniae assignando eis distinctos navigationis, & conquestionis terminos.
- 70 Linea Meridionalis qualiter Orbem dividat.
- 71 Magallanus cur de aperiendo strato tractaverit.
- 72 Moluccae insulae a Lusitanis, & Castellanis praetendebantur, & quare.
- 73 Auctores qui agunt de linea, quae ducta fuit jussu Alexandri VI. ad assignandos limites Lusitanis, & Castellanis.
- 74 Portugalliae Regnum Castellae jungi maxime conveniens fuit, ut cessarent contentiones de terminis Indiarum.
- 75 Lusitani semper cum despectu, & superbia de Castellanis loqui solebant.
- 76 Portugalliae Regnum quo jure, & modo consolidatum fuerit cum Regno Castellae, cujus feudum olim fuerat.
- 77 Ludovicus Cabrera Regius Chronista laudatur.

Mundum universum, ad caeli spatium collatum, puncti rationem ¶ obtinere veteres Cosmographi tradiderunt: Inter quos Plin. lib. 2. cap. 68. ¶ merito homines didit, & christiano potius, quam gentili stylo reprehendit, quod pro re adeo parva, & vix in minima sui parte detecta, tot lites, & bella movere soleant, & nemo cogitet, cum ad mensuram avaritiae suae terminos propagaverit, quam tandem portionem terrae defunctus obtineat? Idem quoque non minus pie, & eleganter tradit Senec. lib. 1. nat. quaest. in praefat. & ab utroque mutuaris Boet. lib. 4. de Consol. Philosoph. pro 7. sic inquit: *Omnes terrae ambitum sicuti Astrologici demonstrationibus acceperunt, ad caeli spatium puncti constat obtinere rationem, id est, ut si ad celestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exiguae in mundo regionis quarta sero porcio est, sicut Ptolemaeo restant didicisti, quae a nobis cognitae animantibus incolatur. Huic quartae, si quantum maria, paludesque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur cogitatio-*

ne subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncto circumsepti, atque conclusi, de pervulganda fama, de profundera nomine cogitatis? At quid habet amplum, magnificumque gloria, tam angustis exiguisque limitibus arctata? Et Just. Lips. lib. 2. Physiolog. Stoic. lib. 2. cap. 18. in fin. ubi ait: Et ipsa terra penes est nihilum, universi comparatione, & velut punctum. O miseri, caelum adspicite, & in terram despicite, punctum est illud in quo navigatis, in quo bellatis, in quo Regna dispositis; minima etiam cum illis utrimque Oceanus occurrat.

Sed licet hoc verissimum sit, atque hodie etiam mundus eandem puncti rationem obtineat, & multae ejus partes nondum cognitae, aut exploratae sint, ut pluribus ostendit Joseph. Acost. in histor. Ind. lib. 3. cap. 25. & Maluend. de Antichrist. lib. 3. cap. 14. pag. 141. & seqq. Satis ¶ tamen omnibus constat, quantum extensionis, vel, ut ita dixerim, accessionis receperit, ex detectione hujus Novi Orbis, de quo in superioribus capitibus sermonem inivimus.

Cujus situm, ¶ longitudinem, & latitudinem, 4 atque universalem divisionem, & descriptionem variae constituunt auctores supra relati, & praecipue Gerard. Mercator. Petr. Applan. & Gemma Frisius in pluribus locis suae Cosmographiae Abraham. Ortel. in Theatr. magn. tab. 5. ubi de America in communi, & tabulis seqq. ubi de aliis ejus provinciis specialiter agit. Joan. Boter. in relationem univ. 1. part. vol. 2. & 3. ex pag. 347. usque ad 466. Thom. Porcacch. Anetin. in insulario, lib. 3. per tot. Carol. Stephan. in dictionar. Histor. & Poet. verb. America: Magna. in tabul. Cosmograph. 2. part. tabul. 34. ex pag. 279. usque ad 292. Hieronym. Jarava Tarraconens. & Carol. Ventounius in parallel. Didac. Valdes de dignit. Reg. Hisp. cap. 12. Camill. Borrel. de praes. Reg. Catholic. c. 43. & cap. 46. n. 217. Gregor. Lopez Madera de Monarch. Hispan. cap. 6. Maluend. de Antichrist. lib. 3. c. 44. & 45. Joseph. Acost. lib. 1. de natur. Novi Orbis, t. 6. Perr. Opmeer. in opere Chronograph. pag. 437. & 463. Anton. de Herrera in suis octo decad. hist. gener. Indiar. Occident. & melius in descriptione, & tabulis hujus Novi Orbis, quas in calce quartae decadis collocavit: Fr. Alphons. Fernand. in histor. Eccles. nostri temporis, lib. 1. per tot. Fr. Joan. Torquemad. in Monarch. Ind. lib. 1. cap. 6. Anton. Posevin. qui alios recenset in apparatu, pag. 52. & 53. Rod. Zamoran. in repertor. lib. 1. cap. 46. & Michaël Balb. Cabell. in Miscellan. Australi manu scripta, part. 2. cap. 19.

Et quamvis nemini satis compertum esse possit, quamnam verè sit forma, aut facies ejusdem Novi Orbis, quoniam extremi ejus fines necdum hodie cognitæ, aut explorati sunt, utrumque tamen ¶ aliquid concipiendo, cordis figuram aliquoties exprimeret videtur, ut tradit Joseph. Acost. lib. 3. de histor. Ind. cap. fin. subdens, latissimam ejus partem esse terram Brasiliam usque in Peru, terminum verò sive apicem fretum Magallanes, basim, qua perficitur, Terram firmam. Atque hinc paulatim usque in Floridam expandi, & ad illa loca, quae nondum nota sunt.

Reliqui autem ¶ magis communiter & apertè, 6 præ-

prætermisissis insulis, quæ in Oceano Atlantico, sive (ut vulgò dicunt) Del Norte, à Columbo, & aliis detectæ sunt, atque adeò ad hunc etiam Novum Orbem pertinere videntur; universam ejus continentem postea repertam, & perlustratam in duas maximas peninsulas dividunt, quæ ad Panamaticum saltum tenui isthmo connectuntur. Earumque illam, quæ Novam Hispaniam, & alias regiones continet, quas statim connumerabimus, Americanam Septentrionalem appellant, alteram verò, quæ ad Panamiam incipiens, Peruanum Regnum, & Brasiliam & reliqua continet, quæ statim etiam recensabimus, vocare solent Americanam Meridionalem, eò quod magis ad hunc caeli tractum respiciat. Et ut ex aliorum relatione scribit Valdes, ubi supra ¶ peninsula illa Septentrionalior circiter quingies mille ducentis millibus longa est, quibus si conjungantur Mediterranea confinia Septentrionem versus, non minus quam novem mille millia efficiunt, Meridionalior verò habet orae maritimæ duodecies mille sexcenta millia, circūmque utrumque Arcticum, & Antarcticum perstringit, ut tradit Carol. Stephan. diēt. verb. America.

Surius autem in Commentar. anni Dom. 1558. quem refert Simon Majol. 1. tom. dier. Canic. collog. 10. pag. 266. littora Borealia maris Novi Orbis ad triginta Italicoorum milliarioum millia protendi, ait: Littora verò Australis maris ejusdem Orbis tert mille & quingentes leucas continere, id est, quatuordecim Italicoorum milliarioorum millia. Quibus subscribens Joseph. Acost. lib. 1. de nat. Novi Orbis, cap. 2. ¶ aliquos ejus exploratores usque ad septuagesimum ad Antarcticum gradum, immensa navigatione progressos commemorat.

Et Joan. Boter. in diēt. relat. universal. 1. p. volum. 2. lib. 2. pag. 348. inquit, dictam peninsulam Septentrionalem habere in circuitum sexdecim millia milliarioorum, quatuor millia verò in longum ab ortu ad Occasum: & à Jacobo Cartiero anno 1555. per ejus oram maritimam navigatum fuisse usque ad gradum quinquagesimum. A Gasparo Corte Reali Lusitano usque ad sexagesimum, à Sebastiano Gaboto Italo usque ad sexagesimum septimum, neque ultra progredi potuisse eum, & Martinum Forficierium, qui eandem navigationem postea tentavit, ob immensum frigus. Et in eadem part. & volum. lib. 3. pag. 371. loquens de altera peninsula, quæ dicitur Australis sive Meridionalis, tradit, quod similiter habet sexdecim millia milliarioorum in circuitum, & quatuor millia in longum, in latum verò admodum variare, propter eam quod terra, juxta maris sinus interdum restringitur, & interdum multum ampliatur.

Maginus quoque tab. 34. fol. 280. eandem divisionem, & dimensionem probans, subjungit, Americanam Septentrionalem regionem à Meridie, ubi tota circumnavigata est, duobus Ingentibus Oceanis pulsari per spatium sexdecim milliium milliarioum, Septentrionalem verò ejus litem porrigi versus polum Boreum, nec hætenus circumnavigari potuisse: Et fol. 282. loquens de regionibus alterius Americæ Meridionalis, ait: totius ejus continentis circumnavigationem completi alia sexdecim millia millia, & idem con-

cludit fol. 279. dum docet, totam Americam circumnavigationem; ut tradunt probatores, completi circiter triginta duo millia milliarioum, occupareque dimidium penes terreni globi spatium secundum longitudinem; clauditur enim inter Meridianum gradus 190. & Meridianum gradum 360. & secundum latitudinem exspatiatur utriusque ab Aequinoctiali longo tractus ad Austrum quidem, ubi prorsus patefactus est, ad gradum usque 52. ad fretum scilicet Magallanicum; & à Septentrione ad gradum 67. latitudinis Boreae. Et hoc etiam observant, & sequuntur Abraham. Ortel. in Theatr. diēt. tab. 1. & 5. Herrera in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 14. & in descript. Ind. cap. 1. & sequent. & novissimè Fr. Joan. Torquemada in Monarch. Indiar. lib. 1. cap. 2. & 6. ubi sigillatim connumerat leucas, quibus Novus hic Orbis extenditur per utramque oram maris Borealis, & Australis, hoc est del Norte, y del Sur, ut vulgò vocant, & nos etiam aliqua tetigimus supra cap. 4. n. 51. & seqq.

Atque hoc quidem in genere de forma, & latitudine Novi Orbis dixisse sufficiat; ut verò aliquam etiam, licet brevem, & summariam cognitionem de ejus provinciis, & regionibus specialiter habeamus; ab insulis Oceani Atlantici eidem Orbi adjacentibus, sermone inuenies; sciendum est, ¶ illas tot numero esse, ut ferè cognosci non possint, & aliquas adeò amplas, & opulentas, ut vel grandi Regno constituendo sufficerent, ut præter Auctores supra relatos advertit Petr. Mex. in Sylva varia lect. 5. part. cap. 2. & seqq. & Majol. collog. 10. pag. 266. & collog. 14. pag. 338. cum multis seqq.

Inter quas ¶ Principem locum obtinere videtur insula Sancti Dominici, quæ olim ab incolis Hayti, & Quisqueya vocata fuit, à nostris autem la Espanola, quod nomen exteri Latini reddere cupientes, & idioma nostrum non satis callentes, Hispaniolam verterunt: cum verè Hispaniam, sive Hispanicam vertere debuissent, ut optime advertit Bernard. Aldrete de antiq. Hispan. lib. 4. cap. 8. pag. 521. Ejus ambitus est 350. leucarum, seu mille & quadringentorum milliarioum, longitudo quingentorum milliarioum, latitudo verò varia, sed ubi major 300 milliaria capit. Mediumque ipsius insulae distat ab Aequatore gradibus penè 19. versus Boream, & ejus forma longa est ab Ortu ad Occasum, & ejus forma caeli temperie, soli ubertate, auri & argenti fodinis, saccharique in primis immensa copia, & aliis utilissimis frugibus, de quibus latius agunt Petr. Martyr. de Novo Orbe, decad. 1. & 2. Gommar. 1. part. Paul. Jov. lib. 34. Hieronym. Gigl. lib. 4. cap. 1. Franc. Tamar. de mor. gent. lib. 3. cap. 7. & 8. Hieron. Benz. & ejus additio, lib. 1. histor. Novi Orbis, cap. 29. in 4. part. histor. America, pag. 137. Ortel. tab. 7. Magn. diēt. tab. 34. fol. 290. Porcacch. in insulario, lib. 3. pag. 165. Boter. in relation. 1. part. lib. 3. p. 461. Herrer. in histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 1. cap. 3. 4. & 5. ex pag. 84. & in descript. cap. 5. & 6. ex pag. 7. Fr. August. Davila in histor. Mexicana, lib. 1. cap. 101. & sequent. Fr. Gregor. Garcia de Ind. orig. lib. 2. cap. 1. & Fr. Alphons. Fernand. in histor. Eccles. nostr. tempor. lib. 1. cap. 1. 2. & 8. Ur-

- Uros præcipuæ hujus insulæ sunt *Sancti Dominici*, quæ Archiepiscopalis, & Præsidis, ac Cancellariæ Regiæ sedes est: *Sancti Joannis à Meguana*, *Portus Plata*, *Portus Regius*, *Cavana*, *Xaragua*, & alia, quæ Hispanorum sunt Coloniae. Ab Occasu autem Hispaniolarum jacet insula *Jamaica*, quæ à nostris *S. Jacobi* vocatur, & ambitu suo 150. leucas, hoc est sexcenta milliaria complectitur, in longum verò 55. leucis patet, & in latum circiter 25. illis omnibus rebus abundans, quæ in Hispanioliâ proveniunt. Et duo continens oppida, nimirum *Oristan* & *Sevilla*, in quo quidem est principalis Ecclesia, titulo *Abbatie* insignita; de qua etiam latius agunt auctores *suprà* relati, præcipue *Magin. dicit. fol. 290. Boter. pag. 463. Porcac. pag. 175. Fr. Alphons. Fernand. cap. 8. & Herrera in d. descript. cap. 7.*
- 12 Proxima his insula est *Cuba* ab Occasu ejusdem Hispanioliæ conspicitur, relinquitur à Meridie *Jamaicam*, quæ appellata fuit à Christophoro Colombo in honorem Ferdinandi Regis Catholici, *Fernandina*, sive *Ferdinanda*, & extenditur ab Ortu ad Occasum 300. leucis, hoc est 1200. milliariis, ejus vero maxima latitudo 65. leucas, seu 250. milliaria non excedit, sed pluribus in locis 20. leucas vix superat; multis utilibus rebus abundans, & præcipue magna Rubiæ tinctorum copia, & quodam bituminis seu picis genere ad naves oppiandas idoneo. Continet autem sex Hispaniolorum colonias, quarum præstantiores sunt, *S. Jacobi*, ubi Episcopalis sedes, & Havana totius insulæ emporium, & navale, ad quod appellant navigia, quæ ex Peruvia, & Nova Hispania in Europam redeunt, atque etiam aliquando, quæ ex Europa ad has Novi Orbis regiones proficiscuntur, ut latius scribit *Magin. & Boter. ubi supra: Porcacch. pag. 172. Herr. d. decad. 1. & d. descript. c. 7. ex pag. 10. & Fr. Alphons. Fernand. d. lib. 1. cap. 1. & 2.*
- 13 Hanc Cubæ insulam septingentæ alia, eaque amenissima in coronæ forma, circumstanti quæ à Colombo, ob sui pulchritudinem & viriditatem, appellata sunt, *Jardin de la Reyna*, ut recolat *Petr. Mexia d. 5. part. cap. 9. Herr. d. decad. 1. lib. 2. cap. 13. pag. 69. & Majol. d. collog. 14. pag. 343.* qui etiam de vicinis aliis insulis agunt, quæ vocantur *de los Lucayos*, & quadringentas numero esse testantur; de quibus latè etiam tractat *Boter. d. 1. part. lib. 3. pag. 465. & idem Herrera decad. 1. lib. 7. cap. 3. & lib. 9. cap. 11. & in descript. cap. 7.*
- Vicina quoque est ab Ortu Hispanioliæ duodecim, vel quindecim leucis insula *S. Joannis*, quæ incolis dicitur *Borriquen*, longitudinem trecentorum milliariarum habens, sive 45. leucarum, & latitudinem septuaginta milliariarum, sive viginti leucarum. Affluit frugibus, fructibus, animalibus, & piscibus, ac auro præterea & Guajaco ligno perfectissimo, quod vulgò dicitur *el Palo Santo*. Est in ea urbs præcipua *S. Joannis*, optimo gaudens portu, quem hac de causa Hispani *Puerto Rico* appellaverunt, & habet (ultra minores alias) tres nobiles Hispanorum colonias, & Episcopalem, ac Gubernatoris sedem, ut latius videbis apud *Herr. dicit. cap. 7.*
- 15 His insulis adjacent alia, quæ *Canibolorum*, seu *Caribum* dicuntur, ex habitantium viribus, &
- ferinis moribus vocabulis sumptis: sunt enim bellicosissimi admodum, & anthropophagi insignes. Quorum arma sunt sagittæ, & utuntur scaphis ex unico ligno excavato elaboratis, quas ipsi *Canoas* appellant. Jacent autem hæc insulæ ab Ortu & Meridie Hispanioliæ duplici serie protensa, è regione, seu in conspectu Terræ firmæ, & quæ magis cognita, & ab Hispanis perlustrata sunt, licet necdum cultæ, vocantur *Santa Cruz*, *las Virgines*, *S. Estacio*, *S. Bartolomé*, *la Barbada*, *la Descada*, *la Dominica*, *Todos Santos*, *Guadalupe*, *Marigalante*, & alia, quæ dicuntur *de Barlovento*, ad quas aquæ faciendæ causa appellere solent classes, quæ ex Hispania ad Americam veniunt. Circa Dominicam autem ad Meridiem reperta sunt alia insulæ, quæ appellantur *Matanino*, *Santa Lucia*, *los Barbudos*, & ad continentem Terræ firmæ magis accedunt. Illarumque præ prior, major & 16 Orientalior nominatur *la Trinidad*, ducentis circiter leucis ab Hispanioliâ, & sexaginta à Dominica, longitudine quinquaginta leucarum ab Ortu ad Occasum, & latitudine triginta, eamque detexit Christophorus Columbus anno 1498. & de illa & aliis Canibolorum plura tradit *Magin. dicit. tab. 34. fol. 291. Boter. dicit. lib. 3. pag. 459. & Herr. d. decad. 1. lib. 3. cap. 10. & dicit. descript. cap. 7.*
- Post has verò insulas est *Cubagua* jacet, quæ olim margaritarum copia nobilis fuit, sed postea ob aquæ & concharum inopiam derelictam translato hujus piscationis emporio, ad aliam insulam, ab ea una tantum leucâ remotam, cui *Margarita* nomen inditum est. Distatque viginti leucis ab insula Trinitatis ad Occasum, & 170. ab Hispanioliâ, habens in longum sexdecim leucas, sive ut alii putant, viginti, & in latum octo, aut decem & duo oppida, unum propè mare, ubi est arx, in qua residet Gubernator: alterum interius, quod vocatur *vallis Sancta Lucia*, de quibus etiam latius agunt auctores *suprà* citati, & præcipue *Herr. dicit. cap. 7. pag. 15. & 18.*
- Hæc autem sunt insulæ omnes, & pars continens, quæ ad eas propè accedit, & comprehendit Gubernationes, quas vocant *de la Florida*, & *de Venezuela*, ubi est sedes Episcopalis, *de la Nueva Andalucía*, *del Rio de la Hacha*, & *Santa Marta*, ubi est altera sedes Episcopalis, subsunt jurisdictioni Regalis Prætorii, sive Cancellariæ, quæ, ut diximus, residet in insula S. Dominici, sive Hispanioliâ, & prima fuit omnium hujus Novi Orbis, habetque sub territorio suo ab Ortu ad Occasum, quod vulgò dicitur, *de Leste*, à Oriente 550. leucas, & à Septentrione ad Meridiem, quod dicitur *Norte Sur*, plus 300. ut latius refert *Anton. de Herrera diciturum Insularum & Provinciarum peculiarem descriptionem, & relationem apponens in dicit. descript. Ind. Occid. cap. 5. 6. 7. & 8. Fr. Alphons. Fernand. in hist. Eccles. nostr. temp. lib. 1. cap. 8.*
- Sed ut relicti insulis ad continentem accedamus, pars ejus, quæ est *America Septentrionalis* (ut diximus) vocari solet, quæ ad Orientem vergit, tres amplissimas, & nondum satis cognitatas, aut Hispanis subjectas regiones comprehendit, quæ vocantur *Estotilandia*, *Terra laboratoris*, & *Norumberga*, de quibus agunt *Magin. fol. 282. Boter. supra pag. 349. & seq. & Herr. in descript.*

- 20 *cript. cap. 8. pag. 20.* Vicina est his terra, quæ dicitur *de Bacallaos*, à Sebastiano Gaboto Veneto, sub nomine Henrici Regis Angliæ primum inventa, & sic appellata, eo quod in ejus pelago tanta invenitur piscium hujusmodi copia, ut etiam navigia retardent, de cuius descriptione, & natura ultra prædictos auctores aliqua tradit *Petr. Lieza tom. 2. histor. Peru: Illesci in histori Pontif. lib. 9. cap. 22. pag. 284. Theatr. vitæ hum. vol. 5. lib. 2. pag. 1218. Nova & quoque Francia* his succedit, quæ juxta ripas fluvii *Canada*, vel *S. Laurentii* extenditur, illamque Galli primum sub Francisco I. eorum Rege detexerunt, sed propter ejus inopiam ad eam contendere desierunt, ut tradunt *Magin. & Boter. ubi supra.*
- 21 Sequitur alla regio ab incolis *Apalchem* vocata, ab Anglis verò *Virginia*, qui aliquot in ea colonias fecerunt, & hodie etiam renovatis auxiliis, & expeditionibus retinet, ex quo tamen fructu, & successu, quia ut primum est sterillis, & inculca, ut præter *Magin. & Boter. supra* tradit *Bejerlinch. in opere Chronog. pag. 306. & P. Gordon. in Chronog. pag. 475.* quamvis admirandas historias, & commoditates hujus regionis nobis suadere velit *Thom. Hariot. Anglus* in relationibus & Iconibus, quas de ea divulgavit, & habentur in initio primi tomi auctorum, qui de historia America scriperunt, & *Raphæ Hamor Virginiae Secretarius*, & *Joannes Schimid*, in aliis descriptionibus & relationibus, usque ad an. 1616. quæ novissime prodierunt in 10. part. ejusdem America, sumptibus, ac studio *Joan. Theodori de Bri.* anno 1619.
- 23 Succedit proximè provincia *Florida* vocata, quæ juxta sinum Mexicanum, & mare del Norte, in immensum extenditur, & est quidem, ut plurimum, satis amœna, ac omnium fructuum fertilis, oras tamen habens asperas, & scopulis ac brevibus referas, & incolas barbaros, sordidos & inhospitales. Quo fit, ut parum nostri in ea proficere poterint, licet aliquoties sub Paphilo de Narvaez, Ferdinando de Soto, Petro Melendez de Aviles, & aliis ducibus eam penitissime adierint, & perlustrarint. Galli quoque sæpè, irritis tamen conatibus, ejus occupationem adorti sunt; de quibus ultra *Magin. supra fol. 282. & Boter. pag. 352.* latè scribit *Herrera decad. 4. lib. 4. cap. 4. & seq. & decad. 6. lib. 7. cap. 9. cum seq. & decad. 7. lib. 1. ex cap. 10. usque ad cap. 8. lib. 2. & lib. 7. ex cap. 1. ad 12. & Cabrer. in vita Philippi II. lib. 7. cap. 8. & in descript. cap. 8. pag. 19. Illesc. in hist. Pontif. 2. tom. pag. 544. & 793. Abrah. Ortel. tab. 8. Fr. Aug. Davila in hist. Mexic. Ordin. Prædicat. lib. 1. ex cap. 55. usque ad 69. Garcilassus Inca in hist. Florida, & hist. America, 2. part. ubi variaz relationes, & Icones apponuntur de rebus ad eamdem provinciam pertinentibus. Et rursus in 6. part. ubi *Joan. Ribauldi* infelicem expeditionem commemorat.*
- 24 Post has regiones est *Jucatania* conspicitur, peninsula formam referens, quæ in mare del Norte porrigitur, ejusque ambitus parer milliariis 900. in præcipua urbe, quæ *Meridia* dicitur, Cathedralis Ecclesia residet. Est autem segetum, fructuum, mellis, ceræ, ac animalium quorumdam ferax, ut sunt *anates*, *galline*, *leporis* & *cervit.* Incolæ animosi sunt, ac bellicosi, qui arcubus
- utuntur, & clypeis, & carnem humanam non vorant, sed humanioris & hospites sunt, & Cruceam etiam, ut multi tradunt, ante Christianorum adventum venerantur, de quibus agunt *Magin. fol. 383. Boter. pag. 365. Herr. d. decad. 4. lib. 3. c. 4. & lib. 10. c. 3. & in descript. cap. 10. pag. 27. & hist. America, part. 1. dicitur.*
- Nicaragua quoque est provincia in eadem America parte versus Ortum, & Meridiem reposita, quæ quidem, ut plurimum, arenosa est, ac caloris æstivo obnoxia, sed juxta fluvios admodum fertilliss. In ea est lacus valde ingens, qui 300. milliariis extenditur, & crescit, ac decrevit perinde ac mare, & mons continuo ardens. Habet quinque Hispanorum oppida, in quorum præcipuo, quod dicitur *la Ciudad de Leon*, Episcopus residet. Incolæ hujus tractus ad albedinem magis accedunt, quam reliquæ Novi Orbis gentes, suntque statura satis convenienti, & humani, & ante Christi Fidem susceptam justitiam quoque specimen aliquod habebant, ut post *Magin. supra*, & *Boter. pag. 368.* tradit *Herr. d. decad. 4. lib. 8. cap. 3. & seq. & in descript. cap. 13. pag. 35. Fr. Alphons. Fernand. lib. 1. cap. 54. pag. 187. Et aliqua adducit America histor. dicit. 4. part. circa finem; ubi etiam agunt de aliis vicinis provinciis, quæ dicitur *Honduras*, & *Costarica*, 26 in quibus alter Episcopus residet in civitate, quæ dicitur *de Valladolid.**
- Inter Jucataniam & Nicaraguam regionem jacet *Guathemalensis* urbs & provincia in Mediæ 27 terrancis, quæ agro potitur fertili & amœno, æreque salubri, & in ea est sedes Episcopalis, & Regia Cancellaria. Nec longè ab hac urbe sunt montes, qui ignem, fumum & lapides emittunt. Et alia provincia appellata *Chiaspa*, quæ fit 28 citur *la Vera Paz* ubi etiam Cathedralis Ecclesiæ præfulgent, de quibus, & de territorio dicitur Cancellaria *Guathemalensis* agit *Bot. pag. 266. Herrera d. decad. 4. lib. 8. cap. 8. pag. 204. & in descript. pag. 26. 32. & 34. Fr. Alphons. Fernand. in hist. Eccles. nostr. temp. lib. 1. cap. 37. & novissime Remesaluis, qui de his provinciis integrum voluminem scripsit.*
- Sed inter has omnes provincias caput extollit ea, quæ est *Nova Hispania* vocatur; est enim am- 29 plissima, & cæteris cultior, amœnior, ac populis frequentior, incipiensque à sinu California, quem vulgò *mar Bermejo* dicunt, extenditur usque ad sinum Mexicanum ad mare del Norte, ad Jucatanam regionem. Fuit autem ita appellata ab insigni illo Duce Ferdin. Cortesio, qui illam primum occupavit ann. 1518. quoniam ejus situs, temperies & dispositio Hispaniæ similibus videbatur, ut tradit *Herr. d. decad. 3. lib. 2. cap. 10. & decad. 4. pag. 79. Vel* quoniam antiquam omnium nationum consuetudinem sequi voluit, quæ semper populis, aut provinciis à se novè in alienis, & remotis finibus conditis, propria suarum urbium, aut regionum nomina imponere solebant, ut pluribus exemplis ostendit *Fr. Joan. de la Puente in conv. utr. Monarch. lib. 3. cap. 23. §. 4. pag. 153. & in hoc Novo Orbe passim observatum invenimus. Continet verò Nova Hispania appellatio plures satis celebres & utiles provincias, quas latè recensent *Magin. fol. 280. Petr. Martyr. d. decad. 4. & seq. Abraham. Ortel. in Theatr. mag. tabul. 6. Boter.**

31 Sed præcipua & magis cognitæ, & habitata provinciæ sunt *Xalisco*, & *Culiacan*, quæ à nostris appellatur *Nova Gallæcia*, ubi est sedes Episcopalis, & Regia Cancellaria; de cujus districtu & proprietatibus tractat *Magin. dict. fol. 280. Abraham. Ortel. tab. 7. Boter. pag. 364. Herrera in descrip. cap. 11. ex pag. 29. & decad. 4. lib. 9. cap. 12. & 13. & decad. 8. lib. 8. cap. 12. Mechoan. Guaxaca, & Tlascala*, in quibus etiam proprii Episcopi resident, & de eis agit idem *Magin. supra fol. 281. Boter. pag. 302. Herrera in descrip. cap. 10. ex pag. 25. & Fr. Alphons. Fernand. lib. 2. ex cap. 36.*

32 Et Mexicana civitas, & regio, quæ est cæterarum Metropolis, & sedes Præregis, & Cancellariæ Novæ Hispaniæ, & plurima alia continet, quæ eam non solum inter Americae urbes, verum & Europæ nobilem faciunt, ut latius prosequuntur *Magin. supra fol. 281. Porcacch. in insulario, lib. 3. pag. 1576. Boter. pag. 366. Herrera. in descrip. cap. 9. ex pag. 21. & decad. 2. lib. 7. cap. 7. cap. 14. & seqq. Fr. Alphons. Fern. dict. lib. 1. cap. 36. Fr. Joan. Torquem. in d. *Monarch. Ind. tom. 1. lib. 2. per tot. & lib. 3. cap. 22. & 23. Petrus Balbuen. in carminib. Hispan. de laudib. Mexici, & Sim. Majol. in dieb. Canic. tom. 1. colloq. 23. pag. 506. & 507.* ubi multa mirabilia refert de situ & magnitudine urbis Mexici, & incolarum multitudinem, & colloq. 12. pag. 304. ubi agit de lacubus, circa quos Venetiæ instar ædificata est, qui cum se proximè contingant, & alternatis vicibus procellosis motibus aquas suas communicent; unus tamen salus, & alter dulcis est.*

33 Fuit & autem hæc insignis urbs ab indigentis olim appellata *Tenuchtitlan*, à lapide quodam, & Tuna in eo nata, quam in lacu invenerunt, ubi primum illam ædificarunt. Qua de causa hodie hæc insignia eadem civitas obtinet, postea verò Mexici nomen accepit, quod maternæ eorum linguæ scaturigines aquarum significat, ut tradit *Herrera. dict. decad. 3. lib. 7. cap. 13. Torquemad. dict. lib. 2. cap. 11. & lib. 3. cap. 23. & Sebast. Covart. in Thesaur. ling. Hispan. verb. Mexico*, ubi etiam alias hujus nominis etymologias adducunt.

34 Ad alteram verò partem Americae partem, sive peninsulam accedentes, quam *Meridionalem* appellari retilimus, immensi quidem operis esset, si omnia ejus oppida, vel regiones sigillatim describere vellemus: sunt enim innumera, & earum nonnulla vix nomen notum habentes, ut bene observat *Magin. dict. tabul. 34. fol. 283.* Sed de præcipuis aliqua delibantes, in primis occurrit provincia *Panamensis*, sive *Terre firme*, quæ à nostris vocata fuit *Castilla del Oro*, eâ fortè ratione, quòd ibi aurum plurimum reperiebatur, adeò, ut quidam & Bacchalaris Enciscus retribus

in multis fluminibus expiscari publicaverit quod causa fuit, ut plures hæc spe allecti, ad hanc regionem cum Petro Arias Dávila anno 1514 confluerent, ut refert *Herrera. in descrip. cap. 15. pag. 41.* Continet hæc provincia sub se gubernationes, quas vocant *del Darien, Veragua, Uraba, y Nata*, & alia minora oppida, & duas satis nobiles urbes, quæ dicuntur *Puertobello, y Panama.* Prior ad mare del Norte constructa, commodissimum portum habet, à quo, & nomen accepit, relicto alio antiquo portu & oppido, quod vocabatur *Nombre de Dios.* Altera juxta mare del Sur apposta est, eo isthmò a priore divisa, quò has duas Novi Orbis peninsulas constringit tradidimus, cujus quidem latitudo decem & octo leucas occupat, seu septuaginta duo milliaria. Er 37 hæc urbes quæcumque, vel à Peruana regione in Hispaniam, vel ex Hispania in Peruviam advehuntur, fido portuum hospitio recipiunt; siquidem divitiæ, ac merces utrobique à navibus oneranda sunt, & terrestri itinere, aut per anem, qui dicit *Chagre*, per illas decem & octo leucas comportanda; ut rursus navibus impositæ per unum mare, vel alterum trajiciantur. Qua de causa ob classium concursum, & navale commercium, quod hic exercetur, Episcopalis Ecclesiæ Dariensis sedes ad hanc urbem Panamensem translata est, & ibidem Regia Cancellaria constituta, cujus Præsides simul Gubernatoris, & Capitanei generalis munus exercet.

Quo & pluribus annis summa cum laude, & integritate functus est Dominus D. Franciscus Valverdi de Mercado levir meus, hoc est, *meæ sororis maritus*, postquam dictam urbem & portum de *Puertobello* Regia auctoritate construxit & communivit, & gravissimis aliis observatiis, atque servitiis, ad hunc & alios majores honores sibi aditum præparaverat; & obiit ibidem anno 1614, adversariorum quorundam calumniis imperitus, quas tamen justius contemnere debuisset, cum & semper calumniantium virus provocet ipsa virtus, & ut locis lævibus, & politis agrè sordidum aliquid adhærescit; sic maledictam sedem vix inveniat in vita puriore, ut præclare advertit *Just. Lips. in orat. de calumniat.* & in hoc casu experientia monstravit, tanti viri fama, & virtutibus à morte ejus clarioribus redditis, & Regii Indiarum Senatibus, ac bonorum omnium approbatione, & acclamatione desideratis. Et qui de hac provincia plura scire voluerit, legat *Petr. Martyr. decad. 2. & 3. Magin. ubi supra: Boter. 1. part. vol. 2. lib. 3. pag. 371. & seqq. Herrera. in descrip. cap. 15. & decad. 2. lib. 3. cap. 5. & sequentibus: Frat. Alphons. Fernand. lib. 1. cap. 54. pag. 187.*

Ad eandem partem Americae pertinet alia non minus celebris provincia, quæ vocatur *Nove Regnum Granate*, & sub se comprehendit gubernationes *Popajam, sanctæ Marthæ, & Carthaginis*, sive *Carthagene*, ubi est civitas, & portus ad Hispanienses classes exicipiendas tutissimus. Abundat hæc provincia omnium fructuum copiâ, & auro, & smaragdâs, aliisque pretiosis lapillis ditescit: habetque in longum trecentas leucas, & in latum totidem ferè, & inter plura nobilia Hispanorum oppida eminet urbs, quæ dicitur *Santa Fe de Bogota*, duo Licenciaris Gubernatoribus dividitur.

Gundsalvus Ximenez de Quesada anno 1528. ædificare cœpit, & in ea residet Præsides & Gubernator cum Regia Cancellaria, & Archiepiscopus cum Metropolitana Ecclesia, cujus suffraganei sunt Episcopus Popajanensis, Carthaginensis, & Sanctæ Marthæ. Et plura alia de eadem provincia, & incolarum moribus tradunt *Gomar. in histor. Ind. 1. part. mores gent. lib. 3. cap. 14. Hier. Gil, lib. 4. cap. 12. & 13. Boter. dict. lib. 3. ex pag. 375. usque ad 378. Herrera in dict. descrip. cap. 16. ex pag. 41. & decad. 8. lib. 4. ex cap. 6. ad 12. & Frat. Alphons. Fernand. dict. lib. 1. ex c. 46. usque ad 50.* ubi etiam agit & de mirabilibus, quæ in convertendis hujus provinciæ Indis per integros septem annos paravit Beatissimus ille vir Fr. Aloisius Beltranus Dominicanus Ordinis fulgentissimus decus, qui in Beatorum numerum referri meruit anno 1608. de quo etiam plura tradit *Thom. Boc. de sign. Eccles. Dei, lib. 6. sign. 19. & lib. 7. sign. 25. cap. 1.*

41 Sequitur & statim ea terræ pars, quæ *Peru*, sive *Peruana* dicta est, totius hujus Novi Orbis nobilissima, detecta primum, ut alio loco diximus, à Francisco Pizarro anno 1525. & tota ferè intra Equatorem, & tropicum Capricorni jacens; intra autem ejus fines à Septentrione & Nova Granata, & Castella aurea, ab Oceano Oceanus, sive mare del Sur, à Meridie provincia *Chilensis*, & ab Ortu, montes altissimi. Occupat verò longitudine sua mille & octingentas plus leucas, & in latum usque ad Andes, ut plurimum, quinquaginta, quarum decem pertinent ad planities, quæ per totam regionem ad oram maritimam repertiuntur, viginti ad montana, quæ per eandem regionem longo tractu extenduntur à Septentrione ad Meridien mille circiter leucas, & vulgò vocantur *la Cordillera del Peru*, alia 20. ad ultra montana, quæ vulgò dicuntur *los Andes*, & sunt etiam montes, qui pariter à Septentrione in Meridien incedunt continuâ serie producti, densissimi tamen, & absque vallibus, cum tamen inter alios de *la Cordillera* multæ amplæ valles ac profundæ, fertillissimæque & populo numerosissimæ contineantur, cum aère potianter calidiore, de quibus omnibus, qui pleniorum historiam, & descriptionem desideraverit, legere poterit *Levinum Apolonium de rebus Peruensibus: Petr. Ciezan, Aug. de Zarate, & alios quos citavimus in fin. c. præcedenti*, qui de historiis Regni Peruvani ex professo tractarunt, *Hieron. Benzo, & ejus additionator, lib. 3. per totum in 6. part. histor. America: Joseph. Acost. in hist. Ind. lib. 3. c. 21. & seqq. Abrah. Ortel. in Theatr. mag. tab. 8. Magin. ex fol. 283. usque ad 287. Joan. Boter. d. lib. 3. ex pag. 386. Herrera. in descrip. c. 16. in fin. pag. 46. & seqq. & in hist. gener. Ind. decad. 4. lib. 9. c. 3. & decad. 5. lib. 1. c. 1. & 5.*

42 Inter plurima verò Hispanorum, & Indorum oppida hujus latissimi Peruvani Regni, quæ enumerare longissimum esset, præstantiores sunt urbs & de *San Francisco de Quito*, à Sebastiano Belalcazar Francisci Pizarri commilitone anno 1534. fundata, quæ Equatoris linea ferè subjacet, nec tamen fervido ac astuosus cœlo, sed potius frigido potitur, ejusque ager semper virens est, & omni frugum beatitudine floridus, atque etiam auri, & argenti vivi mineris scatens.

Tom. I. de Ind. jure.

Residet hac in urbe Episcopus Quitensis cum Ecclesia Cathedrali, & Præsides cum Regia Cancellaria quæ ducentis & plus leucis in longum, & in latum suum territorium extendit, & gubernationes de *los Quixos*, i *la Canela*, *Pacamoros*, i *Gual Songo*, & partem Popajana comprehendit, atque etiam urbes de *Riobamba*, *Cuenca*, *Loxa*, *Zamora*, *Faen*, *Guayaqui*, i *Puertoviejo*, ut latius prosequuntur *Magin. sup. fol. 286. Boter. pag. 396. Herrera. in descrip. cap. 17. & 18. & decad. 5. lib. 6. cap. 6. & lib. 10. cap. 10. cum multis seqq. & Fr. Alphons. Fernand. d. lib. 1. cap. 54. in fin.*

Post Quitti verò provinciam eminet alia urbs, & quæ à nostris *D. Michaelis*, à Barbaris *Piura* vocatur, cui vicinus est portus, qui dicitur *Paita*, ad quem naves per hoc Peruanum mare transfretantes frequenter appellunt. Sed magis nobilis est & *Truxillo* à Francisco Pizarro condita anno 1533. agrum feracissimum habens, & plures Hispanorum domos, quæ tamen omnes ingenti terramotu momento temporis consummatæ fuerunt anno 1619. ita ut vix, & ne vix quidem, aliqua pristinae urbis figura remanserit. In qua ob sui dignitatem & commoditatem, & plura Hispanorum & Indorum oppida, quæ illi confinia sunt, Cathedralis Ecclesia cum proprio Episcopo creata & erecta est anno 1612. & de ea peculiarem mentionem faciunt auctores supra relati, præcipue *Herrera. dict. description. cap. 19. pag. 56. & decad. 5. lib. 7. cap. 6.*

Longè verò nobilior, atque excellentior est alia urbs, quæ octuaginta à Truxillo leucis in eadem planitie Peruana conspicitur, sub 12. gradu ad Antardicum, quæ à Barbaris *Lima* vocatur, non ex nomine *Reguli*, sive *Cacique*, qui ei dominabatur, ut putavit *Herrera*, sed corrupto vocabulo à *Rimac* fluvio eam interluente, quod materna lingua, *somans*, sive *loquax* interpretatur, à nostris verò dicitur *Civitas Peruzum*, sive quòd sub Epiphaniæ die à Francisco Pizarro ædificati cœpta anno 1533; sive quòd Magorum Regum patrocinium sortita fuerit, & pro insigniis tres coronas in campo coelesti, cum stella micanti, quæ Regibus eisdem apparuit, de quo Imperatoris Caroli V. diploma satis honorificum habet.

Jacet urbs hæc in valle amenissima, miraque aëris temperantia gaudet, & agro rerum omnium fertili, præsertim frumenti, fabarum, pisorum, & omni ferè leguminum, atque etiam fructuum nostratium genere. Est præterea populo frequentissima, ambitum comprehendens valde spaciosum, in quo sunt lætæ viæ, amplum forum, insignia templa, illustris Cathedralis Archiepiscopalis Ecclesia, magnifica ædificia, nobilis Academia, & plura tribunalia & Collegia; prout decet tanti Regni Metropolitim, & totius maritimi tractus excellentissimum emporium. Portum quoque tutissimum habet, duabus leucis ab ea semoturus, qui dicitur *el Callao*, ubi alterum oppidum ornatissimum constructum est. Et residet in ea & Ptores, qui supremam jurisdictionem, & gubernationem, per plus mille leucas exercet, & est Præsides Regiæ Cancellariæ ibidem commorantis, quæ duos Fiscales, 4. criminum quæstores, & 8. causarum civilium Senatores, sive Auditores habet.

Torquemada in *Monarch. Indiar. tom. 1. lib. 5. c. 61. & 62.* Cabrera in *vita Philippi II. lib. 7. cap. 8.* Plenius ceteris Dominus D. Anton. de Morga nunc meritis Præses Regiæ Quiten-sis Cancellaria, qui cum in Philippinis Gubernatorem, & Senatorem ageret, Inculentam de illis historiam, & relationem scripsit. Apud quos auctores, & alios, quos retuli in *fine d. cap. 13.* reperitur plura de Japoniorum, & Sinarum vastissimis Regnis, & insulis eis adjacentibus, & de expeditionibus, quas nostri in illis fecerunt.

66 Et de *Nova Guinea, & insulis Salomonis, & Latronum* ab Alvaro Mendaña primum repertis anno 1567. & postea ab eodem, & rursus à Petr. Fernandez de Quiros, vano tamen labore, indagatis, plenam relationem apponit idem Dom. Præses Ant. de Morga ubi supra ex pag. 29. Herr. d. *descript. cap. 27.* Torquem. in *dict. Monarch. lib. 5. ex cap. 64. ad 70.* & aliqua tradit Joseph. Acost. *de nat. Novi Orbis, lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 11. & 25. & Maluend. de Antichrist. lib. 3. cap. 15. pag. 142. & 147.* Et ego apud me ser-vo manuscriptos commentarios dicti Petri Fernandez de Quiros, præcario concessos ab ejus filio Don Francisco de Quiros Mathematicarum scientiarum peritissimo, & Regio hujus Peruanæ Regni Cosmographo, & nautarum examinatore, quibus ea omnia quæ in dictis navigationibus contigerunt, latissime scripta reliquit, & simul alias suas peregrinationes recenset, non minus certe mirabiles, aut scitu jucundas, quam quæ de Ulyssæ olim, & hodie de Emmanuele Mendez Pinto Lusitano circumferuntur.

Sed quoniam supra mentionem fecimus de limitum divisione, & pactione, circa Indiarum navigationes, & conquisitiones inter Reges Castellæ & Lusitanie celebrata, ère erit, ut eam paucis 68 pro coronide hujus capituli adjiciamus. ¶ Sciendum igitur est, quòd cum Lusitania Reges, post detectas Africa interioris oras, ad Orientales Indias cum suis classibus penetrare coepissent, impetrarunt à Martino V. Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. ut quicquid à Ganariæ promontorio (quod postea *Caput Bonæ spei* appellari jusserunt) ad ultimam usque Indiam patefieret, id quam optimo jure, & conditione Lusitania ditionis esset: quam concessionem deinde alii Pontifices confirmarunt, ut diximus *sup. c. 3. n. 21 & 22.* Cum autem postea Christophorus Columbus Regum Catholicorum copias, & nomine, Occidentales insulas explorare, & foeliciter juxta ac fructuoso eventu detegere coepisset, Joann. II. Lusitania Rex id agrè admodum tulit, vel quòd efflorescenti, tum maxime ad maritimam rei gloriam, nomini Lusitano, partum ab aliis in eodem genere decus officeret; vel quòd relicto sibi à majoribus in lecto navigationis jure spoliari & vasti Oceani possessione pelli quodammodo videretur. Qua de causa, cum bellum utrinque immineret, & plures hinc inde legationes, & pacis media tentata fuissent: tandem inter eos convenit, ut tota illius litoris, sive controversiæ disceptatio ad Alexandum VI. tunc temporis Romanæ Ecclesiæ Pontif. Maxim. remitteretur, qui 69 cognita Regum causa, ut regiones definiere, quas quilibet explorare, & debellare sine alterius injuria posset, ultra Hesperidum insulas, vulgò dictas, de *Cabo Verde*, ad tricentesimam fetmè, &

quadagesimam leucam, ducto à Saptremtrionibus ad Australem polum circulo, sive ¶ lineâ, quàm Meridianum appellant, totum terrarum Orbem ex æquo bifariam divisit: ita ut pars, quæ ad Orientem vergeret, Lusitania ob juris antiquitatem cederet; Occidua Castellæ Regi relinqueretur; statuens, ut Castellani non viam à Lusitanis apertam, sed diversam sequerentur, & hi ad Solis Ortum, illi ad Occasum navigantes, orbem marium, atque terrarum secarent: & cum hic constet 360. gradibus, unusquisque centum & octoginta partes ad pervestigandum, & debellandum sibi deposceret. Quæ divisio in causa fuit, ut adeo anxie à Magallano, & aliis navigatio ad Molucas, per maria extra Lusitanorum limites posita quereretur, & ut super eisdem ¶ Insulis non vales lites suscitantur, dum uterque Rex eas suis finibus comprehendere contenderet, variis rationibus, & prædicti Meridiani computationibus hinc inde perpensis, quousque convenit, ut Castellæ Reges illas Lusitanis pro trecentis & quinquaginta ducatorum millibus pignori darent.

De quibus ¶ omnibus peculiarem mentionem 73, fecerunt Masf. lib. 1. *histor. Ind. Orient. pag. 5. & 18.* Hieron. Osor. lib. 11. *de reb. Emmanuel.* Fr. Anton. de San. Roman. lib. 1. *de hist. Orient. cap. 6. & lib. 3. cap. 13.* Episcop. Chiapensis in *tract. comprob. fol. 30.* Marquard. in *tract. de Jud. & infid. 1. part. cap. 14.* Petr. Bembo lib. 5. *histor. Venetæ relatus à Balduino in S. Insula, n. 5. & 6. in itin. de rerum divisione, Garibai lib. 28. Annal. anno 1493.* Petr. Matth. in *addition. ad septimum decretal. lib. 1. tit. 9. pag. 74. & in summa cons. Pontif. pag. 152.* Joann. Boter. in *Cosmograph. 2. part. lib. 4. pag. 384. & part. 4. lib. 2. pag. 949.* Hieron. de Monte in *tract. de finib. reg. mund. cap. 7. num. 8.* Thom. Boc. *de sign. Eccles. Dei lib. 17. cap. 4. pag. 112. & de Italia statu, lib. 3. cap. 5. pag. 342. & seq.* Doctor Marti in *tract. de jurisdictione. 1. part. cap. 24. num. 32.* Molin. Theolog. *de just. & jur. tract. 2. disp. 103. pag. 424.* Petr. Opmeer. in *Chronograph. pag. 437.* P. Gordon. *pag. 441.* melius & fidelius ceteris Anton. de Herrera in *dict. histor. gener. Ind. decad. 1. lib. 2. cap. 5. 8. & 10. & decad. 3. lib. 6. ex cap. 3. ad 8. & decad. 4. ex cap. 6. ad 10. & alii, quos retulimus sup. hoc cap. num. 63. & infra lib. 2. cap. 24. num. 18. & tetigit Anton. Posevini in *Bibliothec. lib. 1. cap. 7.**

Ubi bene ¶ considerat, has omnes contentiones cessasse; postquam Occidentales & Orientales Indiæ in unum Regem coejerunt; Lusitania nimirum Regno Castellæ & Legionis; à quo exierat, copulato. Idque sapientissime à Deo effectum fuisse, tum, ut sub unius imperio facilior ratio esset religionis cum sapientia propagandæ; cum etiam, ne Philippinis inventis, quæ proximis ad Lusitaniam limites accedebant, novæ contendendi occasiones excitarentur, ¶ quæ Lusitanis semper nimis superbi; & cum magno Castellanorum despectu prosequerentur; ita ut teste Petro Martyr. *decad. 8. cap. 10. in fine,* plures cordati viri, ruinam illis venturam, vel hoc vaticinantur, & prædictam unionem, vel reductionem ad Castellæ coronam desiderarent.

Qua-

76 Quæ ¶ tandem quomodo, & quibus titulis facta fuerit, latè & optime prosequitur Joan. Anton. Niperan. in *commentariis de obtenta Portugallia.* Hieron. Connestagius Genuensis in *decem libris,* quos de eadem unione Italico sermone conscripsit, Michael ab Aguirre, & Franciscus Alvarez à Ribera & alii quam plures, qui tractatus, & allegationes super ejusdem Regni successione ediderunt, & egregius nostri temporis Chronista, mihi que, dum Maritri agerem, ob ingenium, & variarum literarum studium admodum familiaris ¶ Ludovic. Cabrer. in *vita Regi Philippi II. lib. 12. & 13. & obiter Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. 21. in fine, Camill. Borrell. de præst. Reg. Cathol. c. 46. ex n. 210. & novissime Salazar de Mendoza de origin. dignit. Hispan. lib. 4. cap. 4. §. 4. fol. 169.* ubi ex Hispaniæ annalibus, & historiographis probant, Regnum illud Castellæ & Legionis feudum fuisse, & Comitatus titulo ab illis separatam, de quo etiam bene agit Mariana de rebus *Histor. lib. 1. cap. 4. & lib. 10. c. 13.* Joan. Tarcañ. 2. p. lib. 12. Steph. Garib. lib. 5. *sua histor. & Petr. Damar. in Dialogo 2. de varia histor. cap. 3.* Tamarjo de Vargas in *defens. Petr. Joan. Marianæ pag. 42.* & D. Joan. Briz Martin. in *histor. S. Joan. de la Peña lib. 5. cap. 2.*

CAPUT VII.

De natura, & excellentiis Novi Orbis: & aliqua de terræmotibus, montibus ignivomis, & eorum causis.

SUMMARIIUM.

- 1 Repetere, huc transcribere que ab aliis bene tractata sunt, otiosum est.
- 2 Novi Orbis excellentias cur Auctor notare voluerit.
- 3 Novi Orbis provincia, ut plurimum, amantissime & temperatissima sunt.
- 4 Terræ elementum inæquale, & cum aliquibus defectibus, etiam ante diluivium à Deo creatum fuit, & quare.
- 5 Tellus eadem non parit omnia, sicut nec mare.
- 6 Terræ defectus Deus induxit ad cobibendam idolatriam, secundum Theodoretum.
- 7 Columbus putavit Paradisum voluptatis in Novo Orbe inveniri.
- 8 Paradisi locum sub Equatore positum, multi sentierunt.
- 9 Regiones plurimæ admodum temperatæ, & habitabiles reperitur sub lineâ Equinoctiali contra veterum opinionem.
- 10 Paradisi locus ubi est, incertum est, & Deus occultum esse vult.
- 11 Novi Orbis temperies & amantitas describitur & comparatur Tempæ aut campis Elysiis secundum Acostas.
- 12 Homines beatissime in Novo Orbe vivere possent, si pecuniis congregandis non inhiarent.
- 13 Orbis olim cogniti partes Europa siveit Asia & Africa de principatu contendebant.
- 14 Novus Orbis ferè in omnibus antiquum excellit.
- 15 Flumina Novi Orbis mirabilia.
- 16 Descriptiones & relationes rerum, & locorum Novi Orbis semper ferè iustæ sunt.
- 17 Comes Lemorum Excellentissimus laudatur, & extimia ejus cura in petendis descriptionibus, & relationibus Novi Orbis.
- 18 Romani qualiter disponebant notitiam utriusque Imp. Augustus Cæsar qualiter curaverit peculiarem descriptionem, & relationem totius Orbis habere.

- 20 Europam ceteris mundi partibus præponit Boerius.
- 21 Hispania laudes, & excellentie.
- 22 Novus orbis hodie excellentior est, cum ultra proprios fructus, & animalia quibus ante abundabat, reliqua ab Hispaniæ allata possideat, & uberius reddat.
- 23 Ubertas incredibilis fructuum, & frugum Novo Orbe.
- 24 Peponum insule Hispaniæ mira fertilitas.
- 25 Fanum abscissum quinta die ad cubitum erexit.
- 26 Frumenti bis mille grana ex una arista in Novo Orbe, & spicas ad brachii magnitudinem.
- 27 Fructus tres quotannis redduntur in aliquibus provinciis Novi Orbis, & alie plures fruges intra decimum, aut vigesimum diem maturescunt.
- 28 Frumentum Hispaniarum maturescit intra duos menses in aliquibus regionibus Novi Orbis, & Indicum bis in anno metitur & centuplum reddit.
- 29 Novi Orbis arbores toto anno frondent & virent.
- 30 Novi Orbis feracitas & ubertas præfertur Asiæ, & Indiæ Orientalis secundam Masiam.
- 31 Arborum, & acuminum Novi Orbis ingens magnitudo; & quædam in Perù qua Venerem domant, numer. 33.
- 32 Lignum quoddam Novi Orbi noctu lucem emittit.
- 33 Maquei arbor Novi Orbis ad innumera terrores.
- 34 Animalium Novi Orbis mira fecunditas.
- 35 Animalium quadrupedum tria tantum vel quinque genera erant in Hispaniâ ante Hispaniarum adventum, eaque minutissima nunc plurimæ & magnæ ceatæ.
- 36 Hispaniola insula armentis abundat, & ingentem eorum copiam in Hispaniam mittit.
- 37 Oves due in Novo Orbe intra decem annos quadraginta mille uni Domino reddiderunt.
- 38 Vacca una octingentos auros Domino 20. annis reddidit ibid.
- 39 Bezaar lapis, & ejus inventio & virtus, ibid.
- 40 Metallis, & lapidibus præiosis abundat Novus Orbe.
- 41 Lapidei globi admodum rotundi reperuntur in insula Cuba, qui ad ænea tormenta proficiunt.
- 42 Pulvis pyritus, sive tormentarius, vulgo polvora reperitur à natura creatus in provincia Quauemallam.
- 43 Novus Orbis intra breve spatium terræ habet variæ temperamētā.
- 44 Arbores, que ex una parte uno semestri ex alia alio virent & fructus producant; & hujus rei ratio.
- 45 Pluvia nulle in planis Regni Perù, & quare.
- 46 Nebula planorum Regni Perù, quas vocant Garvas ad plura utiles sunt.
- 47 Pluit nunquam in montibus Hyrcania, & in aliis regionibus.
- 48 Terræmotus solent esse frequentes in Novo Orbe, & aliqui referuntur.
- 49 Terræmotus Regni Chiliensis vehementissimus.
- 50 Dominus Joannes à Sancta Cruce Senator Panamensis laudatur, & ejus infelix mors.
- 51 Atheistæ si bonis viris aliqua mala contingebant, providentiam negabant.
- 52 Mors quolibet modo contingens mala dici non potest, si eam bona vita præcessit.
- 53 D. Simon Stiltis fulmine percussus interit.
- 54 Naufragium horrendum, & miserandum, quod India classis circa Habanam passa est quinta die Septembris anno 1622.
- 55 Pat. Paulus Josephus ab Arriaga Societatis Jesu laudatur, & ejus exitus refertur.
- 56 Terræmotus causas aliqui ignivomis montibus tribuunt.
- 57 Montes ignivomi plures reperuntur in novo Orbe, Atna & Vesuvio mirabiliores.
- 58 Terræmotus cause, & eorum præcipue, qui consistunt in oris maritimis.
- 59 Terræmotus Neptuno attribuit, & quare.
- 60 Terræmotus notabiles, qui in variis Orbis partibus contigerunt remissive.
- 61 Terræmotuum mentionem & considerationem etiam habuerunt J. C. Ter-